



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallebart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Bvlla S. D. N. Pii, Divina Providentia Papæ Qvarti, Svper Confirmatione
Oecvmenici Generalis Concilii Tridentini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

BVLLA S. D. N. PII,
DIVINA PROVIDENTIA
PAPE QVARTI,
SVPER CONFIRMATIONE OECV-
MENICI GENERALIS CONCILII
Tridentini.

Pius Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Concilium Tri-
dentinum
cū declaracione
in materia
heretice



BENEDICTVS Deus & Pater Domini nostri IESV CHRISTI, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui respicere dignatus Ecclesiam suam sanctam tot procellis & tempestatibus agitatam atque vexatam, & gravius in dies laborantem, apto remedi-

ei subuenit opratoque remedio. Ad plurimas & perniciosissimas hæreses extirandas, ad corrigendos mores, & restituendam Ecclesiasticam disciplinam, ad pacem & concordiam Christiani populi procurandam indicamur iam pridem in ciuitate Tridentina OEcumenicum & generale Concilium à piæ memoriæ Paulo III. prædecessore nostro, & sessionibus aliquot habitis cœptum fuerat ab eius autem successore Iulio in eandem urbem reuocatum, post alias sessiones celebratas, varijs impedimentis & difficultatibus obiectis, ne tum quidem peragi potuerat: itaque diutius intermissum fuerat, non sine maximo mœrore piorum omnium, cū quotidie magis Ecclesia eiusmodi remedium imploraret. Nos autem post susceptum Sedis Apostolicæ regimen, tam necessarium ac salutare opus, sicut Pastoralis sollicitudo monebat, diuinæ misericordiæ fiducia perficere aggressi, ad iuti pio studio carissimi in Christo filij nostri Ferdinandi

Roma
Regur
secuti
botare
cari fut
stiani n
talitter
porum
OEcum
mos ali
& hum
tibus ip
eò Con
Aposto
bitrium
permise
quidem
statuene
dos ab u
do sum
ac matu
Quibus
illi inter
eum pla
in nostr
Pro qu
tim in al
puli piet
uina ma
eiusmod
tam attu
tam ex i
Cū aut
postolica
restigis i
nostro &
confirma

Romanorū Imperatoris electi, & aliorum Christianorum Regum, Rerumpublicarum, ac Principum, tandem consecuti sumus, quod nec diurnis nec nocturnis curis elaborare destitimus, quodq; à Patre luminum assidue precati sumus. Cū enim eam in urbem vndique ex Christiani nominis nationibus conuenisset, nostris conuocata litteris, & sua etiam ipsorum pietate excitata, Episcoporum & aliorum insignium Prælatorum maxima, & OEcumenico Concilio digna frequentia, præter plurimos alios pios & sacrorum litterarum scientia, diuiniq; & humani iuris cognitione præstantes viros, præsentibus ipsi Synodo Sedis Apostolicæ Legatis, nobis ad eò Concilij libertati fauentibus, vt etiam de rebus Sedi Apostolicæ propriè reseruatis liberum ipsi Concilio arbitrium per litteras, ad Legatos nostros scriptas, vltro permiserimus; quæ de Sacramentis & aliis rebus, quæ quidem necessariæ visæ sint, tractanda, definienda & statuenda restabant, ad confutandas hæreses, ad tollendos abusus, & emendandos mores à sacrosancta Synodo summa libertate, diligentiaque tractata, & accuratè ac maturè admodum definita, explicata, statuta sunt. Quibus rebus perfectis, Concilium tanta omnium, qui illi interfuerunt, concordia peractum fuit, vt consensum eum planè à Domino effectum fuisse constiterit: idque in nostris atque omnium oculis valdè mirabile fuerit. Pro quo tam singulari Dei munere supplicationes statim in alma hac Vrbe indiximus, quæ magna cleri & populi pietate celebratæ fuerunt; laudesq; & gratias diuinæ maiestati meritò persoluedas curauimus: cū eiusmodi Concilij exitus spem magnam & propè certam attulerit, fore, vt maiores in dies fructus ad Ecclesiam ex ipsius decretis constitutionibusq; perueniant. Cū autem ipsa sancta Synodus pro sua erga Sedem Apostolicam reuerentia antiquorum etiam Conciliorum vestigijs inhærens, decretorum suorum omnium, quæ nostro & prædecessorum nostrorum tempore facta sunt, confirmationem à nobis petierit, decreto de ea re in publica

icl.
al.
viii

blica Sessione facta: Nos, ex Legatorum litteris prius,
 deinde post reditum eorum, ex ijs, quæ Synodi nomine,
 diligenter retulerunt, postulatione ipsius Synodi cogita-
 ta, habita super hac re cum venerabilibus fratribus no-
 stris, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, delibera-
 tione matura, sanctique Spiritus in primis auxilio inro-
 cato, cum ea decreta omnia Catholica & populo Chris-
 tiano vtilia ac salutaria esse cognouissemus, ad Dei o-
 mnipotentis laudem, de eorumdem fratrum nostrorum
 consilio, & assensu in Consistorio nostro secreto illa o-
 mnia & singula auctoritate Apostolica hodie confirma-
 uimus, & ab omnibus Christi fidelibus suscipienda ac
 seruanda esse decreuimus; sicut harum quoque litterarum
 tenore ad clariorem omnium notitiam confirma-
 mus, & suscipi obseruarique decernimus. Mandamus
 autem in virtute sanctæ obedientiæ, & sub penis à
 Canonibus constitutis, alijsque grauioribus, etiam pena-
 uationis, arbitrio nostro infligendis, vniuersis & singulis
 venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis,
 Episcopis & alijs quibusuis Ecclesiarum Prælatibus,
 cuiuscumque status, gradus, Ordinis & dignitatis sint,
 etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, vt eadem de-
 creta & statuta in Ecclesijs suis, ciuitatibus & diocesis
 suis, in iudicio & extra iudicium diligenter obseruent,
 & à subditis quisque suis, ad quos quomodolibet perti-
 nent, inuiolabiliter faciant obseruari: contra delinquentes
 quoslibet & contumaces, per sententias, censuras & po-
 enas Ecclesiasticas etiam in ipsis decretis contentas, ap-
 pellatione postposita, compescendo: inuocato etiam
 opus fuerit, brachij sæcularis auxilio. Ipsum vero
 nostrum filium nostrum Imperatorem electum, ceterosque
 que Reges, Respublicas, ac Principes Christianos monemus,
 & per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Chri-
 sti obtestamur, vt, quia pietate Concilio per Oratores
 affuerunt, eadem pietate, ac pari studio, diuini honoris
 populorum suorum salutis causa, pro Sedis quoque Apo-
 stolicæ & sacre Synodi reuerentia, ad eiusdem Concilii

concilium
 cum declaracione
 in iudicio
 in iudicio

exequenda & obseruanda decreta, Prælati, cum opus fuerit, auxilio & fauore suo adsint, neque aduersantes sanæ ac salutari Concilij doctrinæ opiniones à populis diuisionis suæ recipi permittant, sed eas penitus interdiciant. Ad vitandum præterea peruersionem, & confusionem, quæ oriri posset, si vnicuique liceret, prout ei liberet, in decreta Concilij commentarios & interpretationes suas edere, Apostolica auctoritate, inhibemus omnibus, tam Ecclesiasticis personis, cuiuscumq; sint Ordinibus, conditionis & gradus, quàm laicis, quocumq; honore ac potestate præditis; Prælati quidem sub interdictione ingressus Ecclesiæ, alijs verò quicumque fuerint, sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis, ne quis sine auctoritate nostra audeat vlllos commentarios, glossas, annotationes, scholia, vllumue omnino interpretationis genus super ipsius Concilij decretis quocumque modo edere, aut quidquam quocumque nomine, etiã sub pretextu maioris decretorum corroborationis, aut executionis, aliove quæsito colore, statuere. Si cui verò ita aliquid obscurius dictum & statutum fuisse, eamque ob causam interpretatione aut decisione aliqua egere visum fuerit; ascendat ad locum, quem Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apostolicam, omnium fidelium matrem, cuius auctoritatem etiã ipsa sancta Synodus reuerenter agnouit. Nos enim difficultates & controversias, si quæ ex eis decretis ortæ fuerint, nobis declarandas & decidendas, quemadmodum ipsa quoq; sancta Synodus decreuit, referuamus, parati; sicut ea de nobis merito confisa est, omnium prouinciarum necessitatibus & consideratione, quæ commodior nobis visa fuerit, prouidere. Decernentes nihilominus irritum & inane, si secus super his quocumque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Vt hæc autem ad omnium notitiam perueniant, neque quis excusatione ignorantie vitare possit: volumus & mandamus, vt hæc littera per aliquos nostræ Curisores in Basilica Vaticana Principis Aretinorum, & in Ecclesia Lateranensi, tunc, cum in eis

T t popu-

id.
al.
m.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

populus, vt Missarum solemnibus intersit, congregari solet, palam & clara voce recitentur, & postquam recitatae fuerint, ad valuas earum Ecclesiarum, itemq; Cancellaria Apostolica, & in loco solito Campi Florae affigantur; ibique, vt legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur. Cum autem inde amouebuntur, relictis de more ibidem exemplis, in alma Vrbe ad impressionem tradantur, quod commodius per Christiani nominis prouincias & regna diulgari possint. Transumptis quoque earum, quae manu alicuius publici Notarij scripta, subscriptaue & sigillo ac subscriptione alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munita fuerint, fidem sine vlla dubitatione haberi, mandamus atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis, monitionis, prohibitionis, reservationis, voluntatis, mandatorum & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romae, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicae millesimo Quingentesimo Sexagesimo Terzio, Septimo Kalendas Feb. Pontificatus nostri anno quinto.

Concilij Tri-
dentini
cui declaratio
manu alicuius
personae in dignitate
Ecclesiastica constitutae
munita fuerint

E
Ego F. C.
Ego Fed.
Ego Io. C.
Ego A. C.
Ego R. C.
Ego Io. C.
Ego Io. M.
Ego Io. B.
Ego Scipio.
Ego Io. C.
Ego F. M.
Ego Clem.
Ego Ia. C.
Ego B. C.
Ego Ph. C.
Ego Lud.
Ego F. C.
Ego M. A.
Ego Io. Er.
Ego Caro.
Ego M. S. C.
Ego Alph.
Ego Hip.
Ego Fran.
Ego Gui.
Ego Vitell.
Ego